**H**ec noia illis non ppter se/sed ppter nos eis data sunt. Qui em̄ sibi noti sunt cōtēplatione/nobis innotescūt cōgnominatiōe. Et nominant̄ singuli ordies a donis gratiaz: q̄ non singulariter/ s̄ excellenter data sunt in participatiōe. In illa em̄ celesti curia vbi plenitudo boni est: licet q̄ dā data sint excellenter/nihil tñ possidetur singulariter. Oia em̄ in omnib⁹ sunt/nō q̄dem egliter: qz alij alijs sublimius possidēt q̄ tñ oēs habēt. Lūqz oia dona gratiarū superiores ordines sublimius z pfectius pceperint: tñ ex p̄cipuis sortiti sunt vocabula: inferiorib⁹ cetera relinquētes ordinibus ad cōgnominatiōē: vt seraphin/q̄ ordo excellentissimus estimat̄: tā dilectionē q̄ cōgnitiōē diuinitatis/z cetera virtutū dona ceteris omnib⁹ sublimius z pfectius pcepit: z tñ ab excellentiori dono. i. a charitate nomē accepit ille supior ordo. Maius em̄ donuz est ipsa charitas q̄ sciētia. Itē maius est scire q̄ iudicare: sciētia nāqz informat iudiciū. Ideoqz secūdu ordo a secūdo dono. i. cōgnitiōe veritatis appellat⁹ est. s̄ cherubin/ ita de alijs intelligendū est. Assignat̄ ergo excellentia ordinū fm̄ excellentiā donorū. Et tñ (sicut Grego. ait) illa dona oibus sūt cōmunia. Oēs em̄ ardent charitate: z sciētia pleni sunt: sic z de alijs. Sed superiores alijs excellentius (vt iā dictū est) ipsa acceperunt/a qb⁹ z nominat̄. Unde Grego. In illa summa ciuitate q̄sqz ordo eius rei cense tur noie/quā plenius accepit in munere.

Ad di. henri  
ci de v̄ma

**Sicut** aliquis denominat̄ cantor ab officio/ qui forte minus scit de cantū q̄ alius.

**Q**uestio ex verbis Gregorij orta  
Capitulum III

**S**ed oritur hic questio  
stalis. Si quis ordo ab illo dono nominat̄ qd̄ plenius possidet/ tunc cherubin in sciētia p̄minet omnib⁹: qz a sciētia nominat̄. Sed q̄ magis diligit/ plus cōgnoscit. Tātū em̄ (vt tradit auctoritas) cōgnoscit ibi q̄sqz/ quantū diligit. Itaqz seraphin non solum in charitate/ sed etiā in sciētia p̄minet. Ideoqz auctoritas illa sic videtur intelligenda: vt cōparatio nō referat̄ ad oēs ordines/ sed ad quosdā. s̄ inferiores. Ille em̄ ordo nō plenius seraphin accepit sciētiā in munere/ sed plenius alijs ordinibus q̄ sunt inferiores. Nec nominat̄ q̄sqz ordo ab omni re/ quā plenius alijs accepit: s̄ ab aliqua re/ quas accepit. Vel potest cōparatio referri nō ad ipsos ordines/ sed ad alia dona: nec ad omnia alia dona/ sed ad quedā. Sicut em̄ homines cū plura habeāt dona/

Explauatio illi  
auctoritatē.

Alia determinatio  
eiusdem

q̄dam alijs excellentius possident: ita forte z angeli quibusdā munerib⁹ magis pollent z alijs quibusdam minus.

**U**trū ordines ab initio creatio nis ita distincti fuerint. Ca. III e

**A**nnuncinquirere

**F**stat: vtz z isti ordines a creatiōis initio ita fuerint distincti. Quia ita fuerint distincti a primordio suę cōditionis/ videt̄ testimonio auctoritatis insinuari: q̄ tradit de singulis ordinib⁹ alijs cecidisse. De or ne nāqz supiori lucifer ille fuit: q̄ nullus dignior cōditus fuit. Ap̄ls etiā p̄ncipat⁹ z potestates tenebrarū nominat̄/ ostendēs de ordinib⁹ illis cecidisse: q̄ cū in malis ministerium exerceant/ non tñ penitus nominibus ordinū suorū p̄iuati sunt. Sed nō videt̄ illud posse stare: Non em̄ tūc charitate ardebant: nec sapiētia pollebant: neqz in eis de sedebat. Si em̄ hoc habuissent/ non cecidissent. Non q̄ tūc erāt cherubin vel seraphin vel throni. Ad qd̄ dicimus: qz ante casum q̄ rundā nō erant isti ordines: qz nondū habebāt dona in quorū p̄ticipatiōib⁹ cōueniūt. Sed quibusdā cadentibus alijs apposita sūt eis q̄ ceciderunt collata fuissent eadē dona si p̄stitissent. Ideoqz scriptura dicit d̄ singulis ordinibus aliquos cecidisse: nō qz fuissent in ordinibus z postea corruerint: s̄ qz si p̄stitissent/ eorū aliq̄ in singulis fuissent ordinibus: qui z in nature tenuitate: z in forme p̄spicacitate differentes grad⁹ habebāt/ sicut illi q̄ p̄stiterunt. Alij em̄ (vt p̄dixim⁹) superiores/ alij inferiores conditi sunt. Superiores q̄ natura magis subtiles/ z sapientia magis p̄spicaces: inferiores q̄ natura minus subtiles/ z intelligentia minus p̄spicaces facti sūt. Has aut̄ inuisibiles differētiās inuisibilū solus ille ponderare potuit/ q̄ oia in numero z mensura z pondere disposuit. i. in seipso q̄ est mēsurā/ omni rei modū p̄figens z numerus omni rei speciē p̄bens: z pondus omnē rē ad stabilitatē trahens et terminās z formans z ordinans omnia.

**U**trū oēs angeli eiusdē ordinis sint equales. CapituluM V f

**R**eterea considera

**P**ri oportet: vtrū oēs angeli eiusdē ordinis equales sint. Ita esse q̄busdam placuit: sed nō est hoc p̄babile nec assertione dignū: qz lucifer q̄ fuit de collegio superiorū/ ipsis etiā dignior extitit: qui alijs excellentiores creati fuerāt. Ex quo p̄cipit qz si p̄stiteret/ in ordie supiori fuisset: z alijs eiusdē ordinis dignior extitisset. Sicut em̄

Ecce b. 3. 2.

Ep. 6. 6.

Responso

De

De

Per ille obli

dir nō oēs

eiusdē ordie

parēs sūt



vnus est ordo aploz / alter martyz: tñ in aplis alij alijs sunt digniores: sñr et in martyribus alij alijs sunt supiores: ita et in ordinibus angeloz recte credit esse.

**Q**uò dicit scriptura decimū ordinē ex hominib⁹ cōpleri: cū nō sint nisi nouē ordines **Ca. VI**

**N**otandū etiā q̄ decimus ordo legit de hoib⁹ restaurandus. Sed cū nō sint nisi nouē ordines nec plures fuissent / etiam si illi q̄ ceciderūt / pstitissent: mouent lectores quò sc̄ptura dicat decimū ordinē cōpleri ex hoibus.

**G**rego. nāq̄ ait hoies assumēdos in ordine angeloz: quoz alij assumunt i ordine supiorū: q̄. s. magis ardēt charitate: alij i ordine inferiorū: qui. s. minus pfecti sunt. Et q̄ apparet nō esse de hoibus formādū decimū ordinē: tanq̄ nouē sint angeloz / et decim⁹ hominū: s̄ hoies p̄ q̄litate meritorū statuēdos in ordinib⁹ angeloz. **Q**uò legit decimus ordo cōplēdus de hoibus: ex tali sensu dictū fore accipi pōt: qz de hoibus restaurabit qd̄ in angelis lapsū est: de q̄bus tot corruerunt vt posset fieri decimus ordo. Prop̄ quod

**A**p̄ls dicit restaurari omnia in christo: q̄ in celis / et q̄ etiā in terris sunt: qz per christū redemptū est genus humanū: de quo fit reparatio ruine angelice: tamē nō minus saluaretur homo / si angelus nō cecidisset.

**N**otādū etiā q̄ nō decē ordines fuerūt vel fuerūt cōtinent rerū: si null⁹ angel⁹ cecidisset.

**H**omines assumuntur iuxta numerū stantiū / nō lapsorum.

**N**ō em̄ iuxta numerū eorum q̄ ceciderunt / sed eozū qui pmanferunt hoies ad beatitudinē admittunt. **U**bi Grego. Supna illa ciuitas ex angelis et hominibus cōstat: ad quā credimus tantos humani generis ascendere / quātos illic cōgigit angelos remansisse: sicut scriptū est in canticō Deuteronomij. Statuit terminos populorum / iuxta numerū angeloz dei.

**Q**uidā dicūt secūdū nūerū lapsorū angelozū homines repandos.

**A** quibusdā tñ putatur: qz hoies reparent iuxta numerū angeloz q̄ ceciderūt: vt illa celestis ciuitas nec suozū ciuiū nūero priuet: nec maiori copia regnet.

**A**ug⁹ in Ench. sentire videt: nō asserēs de hoib⁹ plus saluari q̄ corruit de angel: s̄ nō min⁹ ita dicēs. Supna hierlīm m̄ nra ciuitas dei / nulla ciuiū suoz nūerositate fraudabit: aut vberiore etiam copia fortasse regnabit. Neq̄ em̄ / nūerū aut sc̄toz hominū

aut imūdoz demonū nouimus: in q̄rū locū succedēs filij catholice m̄tis q̄ sterit̄ apparebat in terris in ea pace de q̄ illi ceciderūt sine vllō t̄pis termino pmanebūt. **S**z illorū ciuiū numerus siue q̄ est / siue q̄ fuit / siue qui futurus est: in contēplatiōe eius artificis ē: q̄ vocat ea que nō sunt tanq̄ ea q̄ sunt. **E**cce aperte dicit nō minus de hoibus saluari q̄ corruit de angelis: sed plus nō asserit.

**Q**uidā tñ vtrāq̄ opinionē saluare volentes: dicūt tot hoies saluādos q̄ angeli fuerūt creati: ita qz post iudiciū generale vn⁹ erit paries ex angelis et hoibus / angeloz lapsorū numerū supplētib⁹. **E**t alius erit paries ex solis hominib⁹ numero equalib⁹ angelis et hominib⁹ alterius partetis. **Q**uidā vō dicunt: qz in locū lapsorū soli homines virgines succedēt: qd̄ tñ nō inuenit̄ in auctoritatibus exp̄ssum.

**I**sta est distinctio. ix. hui⁹ sc̄di libri: in q̄ magister postq̄ egit de cōmuni angeloz creatiōe / et bonoz et maloz distinctiōe: incipit tractare specialiter de bonoz dignitate et cōpatiōe. **E**t tria circa hoc facit. **P**rimo agit de numero ordinū et noiatiōe. **S**ecundo tractat de eoz distinctiōe. **T**ertio tractat de eoz ex hoibus repatione. **P**rimū facit a p̄ncipio distinctiōnis vsq̄ ibi: **I**n inquirere restat. **S**ecm̄ abinde vsq̄ ibi: **N**otādū etiā qz decim⁹. **T**ertū vō vsq̄ ad finē distinctiōis.

**I**n speciali sentētia magistri stat in tribus p̄positionibus: quarū prima est hec. **N**ouē sunt chozi seu ordines angeloz in tribus hierarchijs s̄m dona noiatiū distinctoz. **H**ac magister insinās dicit nouē esse ordines angeloz tribus ternarijs quos hierarchias vocamus distinctos: ita qz quilibet ternarius seu hierarchia tres cōtineat ordines: quoz ordinū tres sunt superiores. s. seraphin / cherubin et throni: tres sūt medijs. s. dhationes / p̄ncipatus et ptates: tres autē sunt inferiores: vtpote v̄tutes / archangeli et angeli. **P**ostea declarat quid sit ordo. **E**t dicit qz ordo sit multitudo spir̄itū celestū qui inter se in aliquo gratie munere assimilant: sicut qui in donozū naturalū participatiōe cōueniunt. **S**icut exempli gratia. **S**eraphin conueniunt in charitatis ardore: cherubin in scientie plenitudine: et sic omnes q̄ sūt eiusdem ordinis / conueniūt in illo quod illi ordini est propriū. **Q**uod autē cui⁹ ordini sit propriū: ostendit auctor in littera. **E**t subdit: qz angelis conueniūt nomina / non ppter eos / sed ppter nos: vt sc̄z p̄ h̄mōi nomina nobis innotescāt. **I**n singuli ordines nominant a donis gratiaz / i quibus supiores inferiores precellunt: quod sic intelligendū est: nō qz ordinē gratie a quo supior de nominat inferior nō habeat / sed qz tā excellenter ipsam nō habeat. **I**n superiorē ordinē seraphin a dono charitatis / qd̄ est sup̄mū inter dona noiāmus: nō ideo qz ille ordo solus illud donū habeat: sed qz ceteris excellentius illud habeat: et ipsū donū charitatis inter dona gr̄e p̄mū locū tenet: ordinē autē sequentiū. s. cherubin / a plenitudine scientie dicimus: qz donū scientie donū charitatis immediate sequit̄ in ordine donoz. **C**ōtra istā sentētiā magister obijciens: dicit ex ipsa sequi cherubin esse maioris scientie q̄ seraphin: eo qz cherubin a dono scientie nominat. **E**t respondet qz nō sequit̄. **N**am seraphin nō nominat a scientia: nō obstante qz sit p̄fectioris scientie q̄ cherubin: eo qz digniori seu p̄fectiori dono pollet q̄ sit scientia. s. dono charitatis: et ergo denominari debet ab ipso dono. s. charitatis: et sic de alijs angelis. **N**ā quilibet ordo debet denominari ab illo dono quod i eo p̄ alijs donis fulget. **S**ecūda p̄positio est hec. **A**ngeli ab initio sue creationis nō erant vt nūc sunt in nouē ordines distincti seu ordinati: qui ordines ordinant̄ s̄m dona gratuita. **L**icet tamē habuerūt tunc donoz uariū ut nūc inegalitatē. **H**ac magister probās querit: **U**trū ordines angeloz ab initio creationis eozū fuerūt distincti. **E**t arguit primo qz sic: p̄ hoc qz angelus prim⁹ qui cecidit dicit̄ superior fuisse. **E**t p̄ hoc qz ap̄ls dicit illi quos de potestatibus et principatib⁹ demones effectos

Rom. 4. c.

Addi. Hercul de Aurina.

Greg. 11. de mel. 2. 4.

Eph. 2. c.

Addi. Hercul de Aurina maria

Deut. 32. a

Aug⁹ in ench.







# Distinctio XI Capi. I et II Fol. 74

medij imis: atq; hi hoibus pceptu dei nuci ent: merito oes angeli noari debet. Et ob id forte apus ait: Oes spūs administrato res esse filij/et mitti in ministeriu. Vel p oes nō singulos ordines/ s; de inferiorib; ordini bus singulos angelos cōplexus ē. Illud de quod Esaias ait/ p verba Dionysij determi nat/ dicetes: Hi spiritus qui mittunt: perci piunt hoz vocabulū quoz gerunt officiu. Quā dicunt illū angelū q missus ē ad Esaiā vt mundaret et incēderet labia pphete: fu isse de ordine inferior. Sed ideo dictus est fore de Seraphin: qz veniebat incendere et consumere delicta Esaię.

**Ista est** distinctio. r. hui; secūdi libri: i qua ma gister postq; egit de cōpatione angeloꝝ ad seimicē: tractat de cōpatione eoz ad deū. Et tria fa cit. Prā pmo dicit de qbus ordinib; sunt angeli q mittū tur. Secūdo quō diuersa noia ex pphetarib; foriunt. Ter tio qualiter missi a diuina cōtemplatiōe nō excludunt. Primū facit a principio distinctionis vsq; ibi: Dic orū questio. Secūdo abinde vsq; ibi: Qui aut omnes. Tertiu; abinde vsq; ad finē distinctionis. Et tantū i genera li. In speciali sentētia magistri stat in trib; ppositio nibus: quarū pma est hec. Angeli de singulis ordinib; ad extra ad nostrū ministeriū mittunt. Hęc ppositiōe magister probās querit pmo: An oēs angeli de singu lis ordinib; ad exteriora nūciāda mittantur. Et respōde do recitat opiniones circa hoc. Quarū pma dicit: q nō oēs mittuntur: qz superiores semp deo assistūt. Et il la opinio cōfirmat auctoritate beati Diony. et Daniel: quibus dicit: q supra illa agmina ab intimis nunq; discedūt. Secūda opinio dicit: q oēs mittantur: qd pro bat p hoc: q seraphin legit missus fuisse ad Esaiā. Cū ergo de seraphin q sunt supremi ordinis mittantur: vide tur etiā q de singulis ordinib; mittantur. Et cōfirmatur p hoc q illi dei qui ē supior: omni angelo/ fuit missus. Se cūdo p auctoritatē apli q dicit: q oēs sunt administra toꝝ spūs missi i ministeriū. Deinde obiicit oia istā opi nione dicēs: Si oēs mittantur: quare tūc nō oēs dicunt angeli. i. nūci: s; vn; ordo h; nomē solū sortit. Et rēdēs ad h; dicit: q illi q sūt de inferiori ordine/ angeli p pte di cunt: qz ex ppro eozū officio sepi; mittunt. Nihilomin; tūc r alij etiā qnq; mittunt: r tūc angeloꝝ nomē suscipi unt: s; illud p s. Qui facit angelos suos spūs: quia qui naturalit; spūs sunt: qnq; angeli. i. nūci; sūt. Et sub dit incidētaliter ad hui; secūde opinionis cōfirmationē q ista noia Michael/ gabriel/ raphael sunt. p pta nomia quoz dā spiritū a supiori ordine missos: quis tamen alij dicit q sint nomina officioꝝ. Quā quia Raphael in terpretat medicina dei: quilibet angelus qui ad medi candū mittit/ raphael dici potest. Et similiter dicēdum est de alijs. Et cōfirmat p simile in demonib;: quib; que dā nomina sunt cōmunia: sicut diabolus/ sathan et be lial/ et similia: quozum interpretatiōe ponit in littera. Hęc tamē noia quādoq; singularibus demonib; ascri bunt specialiter. Postea soluit auctoritatē beati Dio ny. qua pma opinio probat: dicit q supremi angeli di cūtur assistere: quib; raro mittantur: tamē qui mittuntur/ a dei pntia nō recedunt: sed eius cōtemplatiōe eque bñ assistūt: quod etiā illi faciūt qui quotidie seu frequē ter mittuntur. Ex pdictis simul sumptis infero pmo/ q angeli missi diuersa nomina s; m varias officioꝝ p ptaates sortūtur: que est ppositio secūda. Infero secūdo/ q angeli missi tēpore missionis ab intimis diu ine cōtemplatiōis nō excludūtur: que est ppositio tertia. Postea magister ponit tertiam opinionē que dicit: q superiores angeli nunq; mittantur. i. tres supremi cho ri semp assistant: sed q infimi tres choꝝ semp mittantur: medij autē choꝝ dicūtur assistere et mitti: in q̄tum mit ti accipiunt prout medij nūciant inferioribus: id est illu mināt inferiores. Et quia vt sic superiores medij nūci

ant/ r medij infimis: ideo superiores dicūtur mitti: r ad illū sensum locutus est apus: dicēs omnes missos ad mi nistrationē. Ad auctoritatē Esaię respōdendo dicit: q angelus ad Esaiam missus nō fuit. p pte de ordine sera phin: sed sic denominat ab effectu ad quem venerat: qz venerat ad inflammandū cor incendio amoris dei. Et tantum in speciali.

**Quoq; anima h; angelum bo num ad sui custodia delegatum: et malum ad exercitium.** **Ca. I a**

**I**llud quoq; sciē dū est: q angeli boni deputati sunt ad custodia hominū: ita vt qsq; ele ctos habeat angelū ad sui pfectum atq; custodia specialiter delegatū. Unde i euāgelio veritas a pusilloꝝ scandalo phi bens ait. Angeli eozum semp vidēt faciem patris. Angelos dicit eozū esse quib; ad cu stodiā deputati sunt. Sup quē lo cū Hiero. tradit vnamquāq; animā ab exordio nati uitatis habere angelum ad sui custodia de putatū: inquit ita. Magna dignitas aiāz est/ vt vnaqueq; habeat ab ortu natiuitatē in custodia sui angelū delegatū. Greg. quo qz dicit: q quisq; bonū angelum sibi ad cu stodiā deputatum: r vnum malum ad exer citium habet. Cū em oēs angeli boni no strum bonū velint: cōmuniterq; saluti oim studeant: ille tñ qui deputatus est alicui ad custodia: cū specialiter hortat ad bonū: si cut legit de angelo Tobie: r de angelo Pe tri in Actibus aploꝝ. Sili; et mali angeli cū desiderent malū hoim: magis tñ hoimem ad malū incitat: et ad nocendū forti; instat ille qui ad exercitiū eius deputatus est.

**Utrum singulis hominibus sin guli angeli: an plurib; deputatus sit vnus.** **Capitulum II b**

**S**olet etiā queri vtrū singuli angeli singulis hominibus an vnus plurib; ad custodia vel ex ercitiū deputatus sit: Sed cū electi tot sint quot r boni angeli sūt: plures pstat esse oēs simul bonos et malos homines/ q; boni an geli sūt. Et cū tot sint electi quot angeli bo ni: et angeli boni plures sint q; mali: plures q; sint hoies mali q; boni: nō est ambigen dū plures esse bonos hoies q; sint mali an geli: et plures esse malos hoies/ q; sint mali angeli vel boni angeli.

**Cōfirmat vnum angelū plurib; hominib; deputari: siue simul/ siue tēporibus diuersis.** **c**

**Ideoq; dici oportet vnū eundēq; angelū bonū vel malū plurib; ho minib; deputari ad custodia vel exercitiū:**

**Di. XI. habet 4. ca. cum co rum. 6. De angeloz misterio r mis sione p cōpati onē ad hoimē cui ministrat.**

**Mat. 18. b.**

**Hieronimus**

**Gregorius**

**to b. 5. 6. 7. 8. 9 Act. 12. b.**

**Arguit q nō.**



## Libere II Capitulum III et IIII

sive eodē tpe/sive diuersis tpeib⁹. Ideo autē dicimus eodē tpe vel diuersis tpeibus: qz videt quibusdā/qz oēs homines q̄ sunt simul in aliquo tpe: singuli singulos angelos habere possunt bonos vel malos: qz licet maior sit numer⁹ hoīm: cōputatis in vnū omnibus q̄ fuerūt et sunt et futuri sunt q̄ angeloz tñ qz hoīes decedētib⁹ hoīb⁹ succedunt: et ideo nūq̄ simul sunt in hac vita: Angeli vō nunq̄ decedūt/sed simul oēs sunt: ideo esse pōt/vt singuli hoīm dū in hac vita sunt/ singulos habeāt angelos bonos vl̄ malos ad sui custodiā vel exercitiū destinatos. Leterrū sive ita sit sive nō: nō est dubitandū vnū quēq̄ habere āgelū sibi deputatū: sive pluribus simul destinatus sit/sive vni singulariter. Nec est mirādū vnū angelū pluribus hominibus ad custodiā deputari: cum vni homini plurimū custodia deputet: ita vt eorū quisq̄ suū dicat habere dominū/vel episcopū vel abbatem.

**U**trū āgeli proficiāt in merito vl̄ in premio vsq̄ ad iudiciū. *Ca. III d*

**R**eterea illud cōsiderari oportet: vtrū angeli boni in premio vl̄ in merito pficiāt vsq̄ ad iudiciū. *Et in meritis pficiant/atq̄ quotidie magis ac magis mereant: quibusdā videt ex eo: qz quotidie hoīm vtilitatibus inferunt: eorūq̄ pfectib⁹ studēt. Quib⁹ etiā nihilominus videt qz in p̄mio pficiāt. s. in cognitione et dilectione dei. Licet em̄ (vt aiūt) in p̄firmatione beatitudinē acceperint eternā atq̄ pfectā: augeat tñ quotidie eoz beatitudo: qz magis ac magis diligūt atq̄ cognoscunt: et est eoz charitas (qua deū et nos diūgunt) et meritū et premiū. Meritū: quia per eā et obsequia ex ea nobis impensa merent: et in beatitudine pficiunt. Et ipsa eadē est premiū: qz ea beati sunt.*

**A**uctoritatibus confirmāt quod dicunt.

**E**t qz angeli pficiāt in cognitione/ac p hoc i beatitudine: testimonijs sc̄toz p̄firmāt. Dicit em̄ *Isaias* ex p̄sona angeloz christi ascendētis magnificētā admirantiū. *Quis ē iste q̄ venit de edom tinctis vestibibus de bosra? Et in Ps̄. Quis est iste rex glorie. Ex quibus apparet qz mysteriū d̄bi incarnati plen⁹ cognouerūt angeli post impletionē q̄ añ. Et sicut in cognitiōe hui⁹ mysterij p̄fecerūt: ita dicunt eos in deitatis cognitiōe pficere. Et autē in h̄mōi mysterij cognitiōe p̄fecerint/euidēter docet ap̄ls dicens. *Quē sit disp̄satio sacramēti absconditi a secul⁹ in deo: vt innotescat multiformis sa**

*Isa. 63. a  
Ps̄. 23. b.*

*Ep̄s. 3. b.*

pietia dei p ecclesiā p̄ncipib⁹ et p̄tātib⁹ in celestib⁹. *Sup* quē locū dicit *Hiero.* āgelicas dignitates p̄fatū mysteriū ad puz nō intellexisse/donec cōpleta ē passio christi: et ap̄lo rū p̄dicatio per gentes dilatata.

**I**n hac sentētia videtur *Aug⁹* aduersari *Hieronymo.*

**H**is autē videt contradicere *Aug⁹* sup eundē locū ep̄le dicens. *Nō* latuit angelos mysteriū regni celoz/qz oportuno tpe reuelatū est p salute n̄ra. *Illis* q̄ a secul⁹ innotuit supra memoratū mysteriū: qz oīs creatura nō añ secula/sa secul⁹ est. *Attē* de lector: qz vident dissentire in hac sententia illustres doctores. *Ideo* vt oīs repugnātia de medio tollat: p̄dicta verba *Haymonē* sequētes ita determinem⁹: vt illis angelis q̄ maioris dignitatis sunt: et p̄ q̄rū mysteriū illa nunciata sunt/ex pte cognita a seculis fuisse: vtpote familiarib⁹ et nuncijs. *Illis* vō q̄ minoris dignitatis sunt/incognita extitisse dicamus: vsq̄quo impleta sunt et p ecclesiā p̄dicata: et tūc ab omnibus angelis p̄fecte fuerunt cognita.

**S**ic cōcordat *maḡ Hiero.* dicentē angelicas dignitates p̄fatū mysteriū ad puz nō intellexisse: donec cōpleta ē passio christi/et ap̄loz p̄dicatio p gentes dilatata. *Et Aug⁹.* q̄ dicit: *Nō* latuit angelos mysteriū regni celoz: qz oportuno tpe reuelatū ē p salute n̄ra. *Et cū* autē q̄dā: qz angeli nō ignorauerūt incarnationē suā *Sed* ppter qz ignorauerūt q̄dā: et hoc q̄rū em̄ ad altissimas causas diuinas: angeli cognoscūt res in verbo/marutina: p̄pria natura/cognitiōe vespertina: p̄mo mō melius cognoscūt q̄ secūdo: qz illo mō melius cognoscūt res in summa causa et in summa luce: isto autē mō quasi in tenebris. *Sicut* etiā littera torrosa melius videtur per vitrum q̄ sine vitro.

**C**ōstat itaqz oēs angelos i cognitiōe diuinoz mysterioz p̄m p̄cessum tpeis p̄fecisse. *Uñ* nō incōgruēter ipsi idē dicūt/angeloz sc̄iaz ac beatitudinē augeri vsq̄ ad futurā cōsumationē: qñ i sc̄ia ac beatitudine ita p̄fectissimi erūt: vt nec augeat ampl⁹ nec minuat.

**A**liorum opinio qui dicūt angelos in quibusdā predictorum nō profecisse. *Capitulum IIII*

**A**lii autē dicunt angelos in p̄firmatiōe tāta deitatis dilectiōe atqz noticia fuisse p̄ditos: vt in his vltim⁹ nō p̄fecerint nec p̄fecturi sint. *Profecerūt* tñ i sc̄ia rex exterior: sic i cognitiōe sac̄ri incarnatiōis et h̄mōi: s̄ nō i p̄teplatiōe deitatis: qz trinitatē in vnitatem atqz vnitatē in trinitate nō plen⁹ intelligūt sive intellecturi sūt/qz ab ipsa p̄firmatiōe p̄ceperunt. *Ita* etiā dicunt eos in charitate nō p̄fecisse post confirmationē: qz eoz charitas postea nō est aucta: et sic dicūt eos nō p̄fecisse i meritibus: sed hoc q̄rū ad vñ merēdi/sed nō q̄rū

*Hieronymo*

*Aug⁹ origē  
naliter sup  
Sc̄i. lib. 1.  
ca. 19.*

*Determina  
tio p̄dicat⁹  
auctoritati*

*Haymō su  
per Ep̄lam  
Pauli: ad  
Ep̄s. 3.*

*Addi. de  
ria de vni  
maria.*

*Sc̄i  
ria*



tū ad numerū meritoꝝ. Plura em̄ bona fe-  
cerūt postea q̄ tunc nō fecerāt: s̄ eoꝝ chari-  
tas ex q̄ illa p̄cesserūt nō est aucta: ex q̄ tātū  
meruerūt anteq̄ ista adderent̄ q̄ntū postea  
his adiectis. Illud v̄o quod alij superi⁹ di-  
cunt/ pbabili⁹ videt̄. s̄ q̄ angeli vsq̄ ad iū-  
diciū in scientia et alijs proficiant.

Ad sit pro  
babilis.

Ad d. Hen-  
ri. d. v. rima-  
ria.

**Nota** q̄ angelus deputat⁹ ad custodiā hoīs/du-  
odecim bona facit ei. Prīmū exercit a som-  
no p̄ci. Act. xij. b. Percussioꝝ latere petri/ excitat eū  
Secūdo icitat pigrū ad bonū operādū. Reg. de Helia.  
Tertio arceat dias p̄tates: q̄ sepe hoīem suffocaret cū ē  
in pctō/ si p̄mitterent. An d. Tob. 8. a. q̄ Raphael liga-  
uit demoniū. Quarto docet qd̄ facere debet. Qui  
to cōsolat. Lu. 2. 2. e. Accessit angel⁹/ confortas eū. Serto  
representat elemosynas et orōnes nostras deo: vt habet i  
Tobia. Septimo adiuvat s̄ hostes visibiles. An Deli-  
as vidit castra angeloz. Octauo increpat eū q̄ diu fuit  
in mortali pctō: reducēs ei ad memoriā pctā sua et hūsi-  
cia dei. Iudith. 2. a. Dixit angel⁹ p̄plo isrl: Cur hoc feci-  
stis. Nono remouet occasiōes peccādi et impedimēta  
boni. Ero. 33. a. Mittā angelū p̄cursoꝝ q̄ eijciat hiebu-  
seū. Decimo ostēdit viā: vñ Raphael duxit Tobia. An  
decimo ardore cupiscētariū mitigat: sicut ecōtrario di-  
abolus accēdit. Dan. 2. e. Angelus descēdit et fecit  
mediū fornacis quasi vētū rois flantē. Duodecimo orat  
pro nobis. Dan. 1. d. Nemo est adiutor meus ad orādū  
p̄o nobis/ nisi Michael.

Quedā auctoritates vidētur ob-  
uiare probabiliori sentētiē.

Quib⁹ tñ vidētur obuiare

Ad d. de sū.  
bono.

quorūdā auctoritatū verba: Aut em̄ Iſido.  
desūmo bono. Angeli i verbo dei oīa sciūt  
anteq̄ fiāt: sed nec oēs: nec oīa p̄fecte an-  
gelos scire dixit: et ideo eos in sciētia p̄ficere  
nō remouit. Greg. in li. dial. ait. Quid ē qd̄  
ibi nesciāt vbi scientē oīa sciunt. Vbi videt̄  
dicere q̄ oīa sciāt angeli: et nihil sit qd̄ ne-  
sciāt. Sed accipiēdū ē hoc de his quoz cog-  
nitio beatū facit cognitorē: vt sunt ea q̄ ad  
mysteriū trinitatis et vnitatis pertinet.

Ad d. dial. 4

Ad d. de  
rici de vuri-  
maria.

**Pro** sciūt q̄ fm̄ hoc nō imerito fm̄ essentia: s̄ in  
numero meritoꝝ sic meremur accidētales ha-  
bendū. s̄ substantiales tñ habitū/ sicut miles feudū.

**Ista est** distinctio. xj. hui⁹ scđi libri: qua ma-  
gister postq̄ egit de cōparatiōe angeloz  
ad deū: tractat de cōparatiōe angeloz ad hoīes. Et tria  
facit. Hā p̄mo inquit: an hoīes angelozū custodiā ha-  
beāt. Secūdo/ an vnus angelus plures hoīes custodi-  
at. Tertia: an boni angeli etiā meritoꝝ p̄ficiant. Prī-  
mū facit a principio distinctiōis vsq̄ ibi: Solet etiā q̄-  
ri. Scđm̄ abinde vsq̄ ibi: P̄terea illud. Tertiu⁹ vero  
vsq̄ ad finē distinctiōis. Et tantū i generali. In spe-  
ciali sentētia magistri stat in tribus p̄positionibus: qua-  
rum p̄ma est hec. Quilibet homo ab initio sue natiui-  
tatis habet angelū malū ad suum exercitiū deputatū: et  
bonū ad sui custodiā. Hāc p̄positionē magister p̄bat  
auctoritatib⁹ beati Hieronymi et Gregoz. Et subdit. Li-  
cet oēs boni angeli bonū nostrū velint et salutē: ille tñ  
qui hominī specialiter deputatus est: specialiter ad bo-  
nū p̄e alijs exhortat. Similiter licet omnes mali ange-  
li hominē ad malū exercēant et incitēt: magis tamē su-  
us exercitator ad malū ipsum instigat. Secūda p̄po-  
sitiō est hec. Stat vnū angelū pluribus hoībus p̄esse  
simul vel successiue. Hāc magister probās querit. Vñ  
quilibet hō habet suum p̄p̄riū angelū custodē: aut vnus  
angelus plures custodiat. Et respondēs dicit: Q̄ sicut  
vni hōi cōmittit̄ custodia multoz: sicut ep̄is/ abbatib⁹

et priorib⁹: ita pluriū hoīm custodia vel exercitiū cōmit-  
tit vni bonoz vel malozū angeloz. Quā magister sua-  
det sic: q̄ cū tot sūt electi q̄ angeli boni sūt: et angeli bo-  
ni sūt plures q̄ mali: et plures sūt hoīes mali q̄ boni:  
nō ē ambigēdū plures esse hoīes bonos q̄ angeli mali  
sunt: et plures esse hoīes malos q̄ sūt mali angeli vel  
boni angeli. Patet ergo quēlibet malū hoīem nō pos-  
se singulariter habere vnū bonū angelū: et p̄ cōsequens  
singuli hoīes tam boni q̄ mali nō habēt singulares an-  
gelos bonos ad eozū custodiā: vel malos ad exercitiū  
specialiter deputatos: sed vnus bon⁹ angelus custodit  
plures: et vnus malus exercitat plures: qd̄ oportet ad  
minus esse verū fm̄ successiōē t̄pis: in quo hoīes hoī-  
bus succedūt: quis cū hoc stet q̄ singuli hoīes actuali-  
ter existētēs singulares habeāt angelos p̄ suo exercitio  
vel custodia. Tertia p̄positiō est hec. Q̄ angeli bo-  
ni in sua beatitudine meritoꝝ p̄ficiūt vsq̄ ad mūdī cō-  
sumationē. Hāc probās querit. Vñ boni angeli i me-  
rito vel p̄mio p̄ficiūt. Et respondēs p̄ponit p̄mo op̄in-  
onē quorūdā dicentū: q̄ nō solū p̄ficiūt in merito/ sed  
etiā in p̄mio. s̄ in cognitiōe et dilectiōe dei: ita q̄ magis  
et magis ip̄m cognoscūt et diligūt. Q̄ autē in cognitiōe  
proficiūt: p̄bat p̄ hoc q̄ nō plene cognouerūt mysteriū  
incarnatiōis christi an̄ passionē et post aploꝝ p̄dicatio-  
nē. Ad videt̄ beatus Hiero. sensisse licet beatus Aug⁹  
videt̄ cōtrariū dicere. Quorū doctorū magister contro-  
uersiā discutēs dicit: q̄ angeli maiores sciuerūt incar-  
nationē christi: etiā anteq̄ fieret: licet tñ nō perfecte. Et  
minores nō cognouerūt eā/ nisi postq̄ facta est. Et quo  
cōcludit q̄ tā maiores q̄ minores in cognitiōe profice-  
rūt et p̄ficiūt in die iudicij. Postea subdit op̄inonē ali-  
quozū: q̄ dicit q̄ in cognitiōe et dilectiōe dei nō p̄ficiūt:  
sed solū in quarundā rerū exterior cognitiōe: sicut ē in  
carnatio christi/ et similia. Prīmā autē op̄inonē magi-  
ster approbās: soluit auctoritates quas dā Iſid. et beati  
Grego. qui videt̄ dicere angelos i sciētia post eoz cō-  
firmationē nō p̄ficisse: affirmātes eos oīa scire. Et dicit  
q̄ licet sciāt oīa: nō tñ p̄fecte: vel dicunt̄ scire oīa ad eoz  
rū beatitudinē p̄tinētia. Et tantū in speciali.

Post cōsiderationē de angel⁹ ha-  
bita: agitur de aliarū rerū creatiōe:  
et p̄cipue de operū sex dierum di-  
stinctione. Capitulum I

# Ec de angeli

**N** ce nature p̄ditione dicta suffi-  
ciāt: nūc sup̄est de aliarū q̄ re-  
rū creatiōe/ ac p̄cipue de operū  
sex dieꝝ distinctiōe nōnulla i mediū p̄ferre.  
Cū de⁹ in sapiētia sua angelicos p̄didit spi-  
rit⁹/ alia etiā creauit: sicut ostēdit sup̄radicta  
sc̄ptura Gen. q̄ dicit: In p̄ncipio deū creas-  
se celū. i. angelos: et terrā. s̄ materiā q̄ttuor  
elemētōꝝ adhuc cōfusā/ informē: q̄ a grecis  
dicta est chaos: et hec fuit an̄ omnē diē. De-  
inde elementa distinxit deus: et spēs p̄p̄rias  
atq̄ distinctas singulis rebus fm̄ gen⁹ suū  
dedit: q̄ nō simul (vt quibusdā sanctorū pa-  
trū placuit) sed p̄ interualla tēporū ac sex vo-  
lumina dierū (vt alijs visū est) formauit.

Q̄ facti tractatores vidētur sup̄  
hoc q̄si aduersa tradidisse: alijs di-  
centib⁹ omnia sil̄ facta in materia et  
forma: alijs p̄ interualla tēporū. c  
Quidā nāq̄ sctōꝝ patrū:

Di. XII habet  
tria ca. cū eo-  
rum. s̄  
De corpāl cre-  
ature cōditōe  
q̄ntū ad princi-  
piū materiale  
et hec p̄ductio  
dicit creatio.

Gen. 1. a



August. super  
Gen. II. 1. ca. 4

qui verba dei atq; arcana excellēter scruta-  
ti sunt: sup b qsi aduersa scōpisse vidēt. Alij  
qdē tradiderūt omnia simul in materia z for-  
ma fuisse creata: qd Aug<sup>o</sup> scōpisse vidēt. Alij  
hoc magis pbauerūt ac asseruerūt: vt p  
mū materia rudis atq; informis q̄tuor ele-  
mētoꝝ cōmixtionē atq; cōfusionē tenēs cre-  
ata sit. Postmodū vō p interualla sex dierū  
ex illa materia rerū corpaliū genera sint for-  
mata fm spēs pprias. Quā sniaz Greg. hiero.  
z Beda aliq; plures cōmēdāt ac pferūt.  
Que etiā sc̄pturē geneleos (vñ p̄ma huius  
rei ad nos manauit cognitio) magis con-  
gruere videtur.

Quō p interualla t̄pis res corpo-  
rales condite sint.

Scdm hāc itaq; traditio-  
nē/ordinē atq; modū creatiōis formatiōis  
q; rez inspiciam<sup>o</sup>/ sic supra memoratū ē: In  
p̄ncipio creauit de<sup>o</sup> celū. i. angelicā naturā:  
p̄ adhuc informē/ vt q̄busdā placet. Et ter-  
rā. i. illā cōfusā materiā q̄tuor elementorū:  
quaz noie. terre (vt Aug<sup>o</sup> ait p̄ manicheos)  
ideo appellauit Moyses: qz terra inf oia ele-  
mēta min<sup>o</sup> ē speciosa: z illa inanis erat z in-  
cōposita ppter oim elementorū cōmixtionē.

Augustinus.

Quare illa cō-  
fusa materies  
vocef terra/ et  
abyssus aqua

Eadē etiā vocat abyssū dicens: Et tenebrę  
erāt sup faciē abyssi zc. qz confusa erat z cō-  
mixta specie distincta carēs. Eadē etiā ma-  
teria informis dicta est aqua: sup quā fere-  
bat spūs dñi: sicut supfert fabricādis rebus  
voluntas artificis: qz subiacebat bonę vo-  
luntati creatoris/ quod formādū pficiendū  
qz inchoauerat: qui sicut dñs z cōditor p̄er-  
erat fluitanti z cōfufe materie: vt distingue-  
ret p species varias qñ vellet/ z sicut vellet.  
Hec ideo dicta ē aqua: qz oia q̄ i terra na-  
scunt/ siue aialia siue arbores vel herbe z si-  
milia/ ab humore incipiunt formari atq; nu-  
triri. His om̄ibus vocabulis vocata est illa  
informis materia: vt res ignota notis voca-  
bulis insinuaref imperitiōibus/ z non vno  
tm̄. Nā si vno tm̄ significaref vocabulo: b  
esse putaref quod cōsueuerant hoies in illo  
vocabulo intelligere. Sub hīs ̄ noib<sup>o</sup> signi-  
ficata est materia illa confusa z informis: q̄  
nulla specie cerni ac tractari poterat. i. oib<sup>o</sup>  
visibiliū rerū q̄ inde future erāt. ppter infir-  
mitatē paruuloꝝ/ q̄ minus idonei sunt inui-  
sibilia cōprehēdere: z tunc erāt tenebrę. i. lu-  
cis absentia. Nō em̄ tenebrę aliquid sunt/ s̄  
ipsa lucis absentia: sicut silentiū nō aliq̄ res  
est/ sed vbi sonus nō est silentiū dicit: et nu-  
ditas nō aliq̄ res est: sed in corpe vbi tegu-  
mentū nō ē/ nuditas dicit: sicut et inanitas  
nō est aliq̄d: sed inanis dicit loc<sup>o</sup> esse vbi nō  
est corpus/ z inanitas absentia corporis.

Quo sensu tenebrę dicantur nō  
esse aliquid: et quomodo dicantur  
esse aliquid. Capitulum II

Trēde: qz hic Aug<sup>o</sup>

tenebras dic nō esse aliqd: cū alibi  
tenebrę inf creaturas ponant q̄ bñ  
dicunt dñm. Vñ d̄. Bñdicite lux z tenebrę  
dño. Ideoq; sciēdū ē/ tenebras diuersis mo-  
dis accipi. s. vel p lucis absentia: q̄lit sup ac-  
cepit Aug<sup>o</sup>: iuxta quā acceptionē nō sūt ali-  
qd. Vel p aere obscurato siue aer/ obscura  
q̄litate: et fm hoc aliq̄ res creata sunt. Tō ̄  
dicit tenebras tūc fuisse sup faciē abyssi: qz  
nōdū erat lux: q̄ si esset/ z supesset et supfun-  
deret: s̄ nōdū lucis grā op<sup>o</sup> suū de<sup>o</sup> venusta  
uerat: q̄ postea in p̄mo die formata est.

Duo hic cōsideranda sunt: q̄re il-  
la materia cōfusa sit dicta informis  
et vbi ad esse prodijt/ quātūq; in al-  
titudine ascenderit.

De q̄re p̄ri<sup>o</sup> qz tractemus

duo nobis discutiēdā occurrūt. Primū q̄re  
illa materia cōfusa informis dicat: an qz oi  
forma caruerit/ an ppter aliud. Secūdo vbi  
ad esse pdierit/ z q̄tū in altū ascenderit. Ad  
illud ̄ qd p̄mo positū ē/ breuiter r̄ndētes di-  
cim<sup>o</sup>: illā p̄mā materiā nō ideo dictā fore in-  
formē/ q̄ nullā om̄ino formā habuerit: quia  
nō aliqd corporeū tale existere pōt qd nul-  
lā habeat formā: s̄ ideo non absurde infor-  
mē appellari posse dicimus: qz in cōfusionē z  
p̄mixtiōe qdā subsistēs: nōdū pulchrā aprā  
qz z distinctā receperat formā q̄lē mō cerni  
mus. Facta ē ergo illa materia in forma cō-  
fusionis an̄ formā dispositiōis. In forma cō-  
fusionis p̄us om̄ia corpalia materialit̄ siml  
z semel sunt creata: postmodū in forma dis-  
positiōis sex dieb<sup>o</sup> sunt ordinata. Ecce ab-  
solutū est qd p̄mo in discussione p̄positū fu-  
it. s. quare illa materia dicat informis.

Dic ad id quod secūdo quereba-  
tur/ respondet.

Nūc supef qd scdo p̄po-  
nebat explicare: vbi. s. illa materia subste-  
rit: z q̄ntū in altitudine porrigebat. Ad qd  
nihil temere asserētes dicim<sup>o</sup>/ q̄ illa p̄ma re-  
rū oim moles qñ creata est/ ibidē adesse vi-  
det. pdijisse/ vbi nūc formata subsistit. Erat  
qz terreū hoc elementū in vno loco eodēq;  
medio subsistēs ceteris tribus in vna cōfusi-  
one p̄mixt: eis dēq; circūq; in mō cuiusdā  
nebule opp̄sis/ ita obuolutū erat vt apare-  
re nō posset qd fuit. Illa vō tria in vna p̄mi-  
xtiōe cōfusa circūquaq; suspēsa/ eousq; i al-  
tū porrigebat/ quōq; nūc sūmitas cor: porre-







Qualis fuerit lux illa: corpalis/ an spiritualis.

Si querit̄ q̄lis illa lux fu- erit: corpalis. s. an spūalis. Id r̄idem q̄d a sanctis legimus traditū. Dicit em̄ Aug: qz lux illa corpalis vel spūalis intelligi p̄t. Si

De spūali luce

spūalis accipit̄ / angelica natura intelligit̄: q̄ prius informis fuit / s̄ postea formata ē: cuz ad creatorē uersa ei charitate adhesit: cuius informitatis creatio super̄ significata ē vbi dictū ē: In p̄ncipio creauit deus celū et terrā. Hic x̄o eiusdē formatio ostēdit̄ cū ait: Fiat lux / et facta ē lux. Hec ḡ angelica natu- ra p̄us tenebre / et postea lux fuit: qz p̄us ha- buit informitatē et impfectionē: deinde for- matiōis p̄fectionē: et ita diuisit̄ de lucē a te- nebris. Nā vt ait Aug: sup̄ Gen. huius crea- ture informitas et impfectio fuit anteq̄ for- mare in amore p̄ditoris. Formata x̄o ē q̄n uersa ē ad incōmutabile lumē x̄bi. Si x̄o corpalis fuit lux illa / q̄d vtiq̄ p̄babile ē: cor- pus lucidū fuisse intelligit̄ velut lucida nu- bes: q̄d nō d̄ nihilo / s̄ de p̄iacētī materia for- malit̄ factū ē vt lux esset / et vim lucēdi habe- ret: cū q̄ dies p̄ma exorta ē: qz ante lucē nec dies fuit / nec lux: licet tēpus fuerit.

August. super Gen. li. i. ca. 6.

Hic de corpo- rali luce

De lux illa facta est vbi sol appa- ret que in aquis lucere poterat.

Capitulum II

Aut̄ q̄rit̄ vbi ē facta lux illa: cū abyssus oēs terre altitu- dinē tegetet. Dicit̄ p̄t̄ in illis p̄tib⁹ facta q̄s nūc illustrat solis diurna lux. Nec mixt̄ lucē in aq̄s posse lucere: cū etiā nauar̄ opatiōe sepius illustrent̄ q̄ in p̄fundū mersi misso ex ore oleo aq̄s sibi illustrat̄: q̄ multo rariores fuerunt in principio q̄ mō sunt: qz nōdū cōgregatē fuerāt in vno loco. Facta ḡ lux illa / vicē et locū sol tenebat: q̄ motu suo circūagitata noctē diēq̄ discernebat. Ibi ḡ p̄mū lucē apparuisse verisimile ē / vbi sol q̄ti- diano cursu circūuect̄ apparet: vt eodē tra- mite lux circūcurrēs: ac primo ad occasum descēdēs vespērā faceret: deinde reuocata ad ortū / aurozā. i. mane illustraret: et ita diui- sit deus lucem et tenebras: et appellauit lucē diem / et tenebras noctem.

De dies diuersis modis accipi- tur.

Hic notādū est q̄ dies di- uersis modis accipit̄ in scriptura. Dicit̄ em̄ dies lux illa q̄ illo triduo tenebras illumi- nabat: et dicit̄ dies illuminatio ipsa aer. Di- cit̄ etiā dies spaciū vigintiḡttuor horarū: q̄- lit̄ accipit̄ cū dicit̄. factū ē vespere et mane di-

Augustinus super Gen.

es vn⁹. Sed ita distinguēdū ē: factū ē vespere p̄us / et postea mane: et ita fuit dies vn⁹ exple- tus vigintiḡttuor horarū. Dies. s. natural: q̄ habuit vespērā / s̄ nō mane. Mane em̄ dicit̄ finis p̄cedētis et initiū sequētis diei: q̄d ē au- roza: q̄ nec plenā lucē: nec oino tenebras ha- bet. Mane ḡ p̄m⁹ dies nō habuit: qz nec di- es p̄cesserat q̄ sequēt̄ diei initio terminaret̄: ex eo p̄cipue: qz luce apparēte mox sup̄ terrā plen⁹ atq̄ p̄clarus dies extitit: q̄ nō ab auro- ra s̄ a plena luce inchoauit: et mane sequētis diei p̄sumatus ē. Un̄ Beda sup̄ Gen. Dece- bat vt dies a luce inciperet / et in mane sequētis diei tēderet: vt opera dei a luce inchoasse / et in lucē cōpleta esse significarent. Reliq̄ aut̄ dies mane habuerūt et vespērā: quoz quisq̄ a suo mane incipiens / vsq̄ ad alterius diei mane tendebatur.

De naturali ordine cōputatiōis dierum: et de illo qui pro myste- rio introductus ē. Ca. III e

Et ē naturalis ordo

distinctionis diez vt distiguanē atq̄ cōputent̄ dies a mae vsq̄ ad mae. Ad designādū q̄ hō cecidit a statu grē in statu cul- pe. S; mō nox p̄cedit diem: qz redit̄ hō a statu culpe ad statū grē. S; fin hoc q̄rit̄: cur ieiunamus / quā re abstinem⁹ die p̄cedere et nocte sequēte cū ecōuerio fa- cere debem⁹? Solutio: cū ieiunam⁹ representam⁹ statū v̄- terē: qz ieiunū est statutū. p̄t̄ p̄ctm̄ q̄d cōtraimus ab adā: p̄t̄ hoc dies p̄cedit noctem. Sicut ecōtrario iudei in veteri testamēto representabāt statū gratie in solēntia- tib⁹ suis. Habebāt em̄ solennē noctē p̄cedentē et diē se- quentē: sicut nos mō habemus. Iste aut̄ ordo mutat⁹ ē in Ambro. in nocte cenē. Un̄ illa nox cōmunis fuit di- ei p̄cedētī et sequētī. Et ita christus synecdochice fuit in sepulchro tribus diebus et tribus noctibus. Diebus di- co tribus naturalibus. Scdm̄ aut̄ Aug. Nox pasche cōmunis fuit: et tunc fuit ordo mutatus.

Postea x̄o in mysterio factū est / vt dies cōputent̄ a vespere in vespērā: et adiungat̄ dies p̄cedētī in nocte in cōputatiōe: cū iux- ta naturalē ordinē p̄cedens dies sequētī no- cti adiungi debeat: qz homo a luce p̄ pecca- tum corruit in tenebras ignoratiē et p̄ctōz: deinde p̄ christuz a tenebris ad lucē redit̄.

Un̄ apls. Eramus aliqui tenebre / nunc autē lux in dño. Primus itaq̄ dies nō ab auroza s; a plena luce incipiēs: et post vespērā pau- latim occidente luce excipiens mane sequē- tis diei expletus ē. Un̄ Beda. Occidēte lu- ce paulatim post spaciū diurne lōgitudinis inferiores p̄tes subeūte / factuz ē vespere: sic nūc v̄sitato cursu solis fieri solet. Factuz est autē mane eadē super terrā redeūte / et aliuz diē inchoante: et dies expletus est vn⁹ vigin- tiquattuor horarū. Fuitq̄ nox illo triduo omnino tenebrosa q̄ post creata sidera ali- qua luce claruit.

Cur sol factus est si lux illa suffi- ciebat.

Qualit̄ di- stingui de- beat illud: et factuz est vespere et ma- ne dies vn⁹

Beda.

Ad d. ben- rici de viri- maria.

Aug. de ci- uitate dei

Apb. s. b.

Beda s. b. super Gen.



Solet aut qri qre factus

est sol: si lux illa faciedu die sufficebat. Ad qd dici pot: qm lux illa forte superiores ptes illustrabat: et ad illuminatione inferioru sole fieri optebat. Ut poro idem: qz factu sole diei fulgor auct' e. Ampliori em mltro luce radi aut dies postea qz ante. Si autem qrit qd de luce illa factu sit cu mo non appareat: pot dici aut de ea corp' solis formatu: aut in ea pte celi esse in qua sol e: no q ipsa sit sol/ sed sic ei vnita vt discerni no valeat.

Quo accipiendum sit illud: dicit deus: an sonoyocis id deus dixerit analiter. Caplm III

Reterea inuestigan du e quo accipiendu sit qd ait: dicit de: vtz tpalit vel sonoyocis illud dixerit: an alio mo. Aug' sup Gen. tradit: nec tpalit/ nec sono vocis deu locutu fuisse: qz si tpalit' z mutabilis. Et si corpali' dicat sonuisse vox dei: nec lingua erat q loqret: nec erat que oporteret audire z intelligere. Vn q vox dei ad natura vbi p qd oia facta sunt referit. Dicit q de' fiat zc. no tpalit' no sono vocis: s in vbo sibi coeterno. i. verbu genuit intepalit in quo erat: z disposuit ab etno vt fieret in tpe/ z in eo factum est.

Quo accipiendu sit q dicitur pater opari in filio vel p filium: vel in spiritu sancto.

Hic qri solet quo accipiendu sit qd dicitur pater opari in filio/ vel p filiu/ vel in spu sco. Hec em scriptura frequenter nobis pponit: vt Dia in sapia fecisti dne. i. in filio. Et In principio. i. in filio creatu deus celu z terra. Et illud. Per que fecit et secula. Sup illud qz psalmi locu. Verbo dni celu firmati sunt zc. Dicit Aug' q pater operat' p verbu suu z spm scm. Quo q hoc accipiendu est: Putauerit qda heretici q pater velut auctor z artifex filio et spu sco in re operatioe qsi instru vteret. Ex pdict' vbis eradi occasione sumetes. Qd velut blasphemiu atqz sane doctrine aduersum abicit pia fides. No e itaqz intelligendu: ideo scriptura frequeter comozare patre opari in filio/ vel p filiu/ taqz filius no posset facere si ei no porrerisset pater dexteram/ vel taqz aliqd instrumentu fuerit patris operatis: sed potius illis verbis patre itelligi voluit cu filio z spu sco opari/ z sine eis nihil facere.

Contra hanc expositionem surgit hereticus.

Sz dicit heretic' hac rati

one hoc posse dixisse/ filium operari per patrem vel in patre: z spm scm cum vtroqz vt per vtroqz: quia filius cu patre z spu sancto cum vtroqz operat. Cui breuiter respodet: Ideo illud dictum esse z no istud: vt in patre monstraret auctoritas. No em pater a filio/ sed filius a patre operat: et spu sanctus ab vtroqz. Ideoqz etiā filius p spm scm legit' operari: qz cum spu sancto operat hoc ipsuz a filio habenti vt operet.

Alia predictoꝝu expositio.

Pot z alie illud accipi: vt dicat pater in filio vel p filiu opari: qz eu genuit omniu opificē: sicut dicit pater p eu iudicare: qz genuit iudicē. Ita z p spm scm dicitur operari siue pater siue filius: qz ab vtroqz pcedit spu sanctus factor omniu. Unde Joannes Chryp. in expositione epistole ad hebreos sic ait. No vt hereticus inanit' suspicat tanqz aliqd instrm patris extiterit filius: neqz p eu pater dicit' fecisse tanqz ipse facere no posset: sed sicut dicit' pater iudicare p filium: qz iudicē genuit: sic etiā dicit' operari per filiu: qz eu pstat opificē genuisse. Si em causa eius pater est fm q pater: multo ampli' eoz causa est q p filiu facta sunt. Hec d operare pime diei dicta sunt.

Ista est distinctio. rth. hui' scdi libri: in q mag' post q egit de ope creatiois qd factu e ante oes die: agit de ope distinctiois qd factu e in pmo die. s. de lucis pductioe. Et tria facit. Na pmo agit de lucis actuali pductioe. Secdo de pductioe locutioe. Tertio de cuiusda' ppositiois expositioe. Pmū facit a principio distinctiois vsqz ibi: Reterea inuestigadu. Scdm abinde vsqz ibi: Hic qri solet. Tertiu vsqz ad fine distinctiois. In speciali snia magri stat in trib' pponib: q rru pma e bec. De pma die fecit lucē/ distinguēdo tps in die z nocte. Hac mag' pbas pponit: q pma a q omniu reru pncipiū incepit lux fuit: z b cogruet: qz lux cetera habet manifestare. Circa qd vlteri' mouet tres qstiones: qru pma e bec: Vtru lux illa pma die distincta vel pducta fuerit corpalis vel spūalis. Et rñdet q vtroqz mo accipi pot. Si aut accipiat' pro luce spūali: tunc significat formationē agelice nature p gratia gratū facientes que vt supra dictu e/ qdamō sub nose celi fuit producta. Si aut pro luce corpali accipiat': tunc supponit pro aliq nubecula lucida s' p'aceti materia formata z producta. Tunc scda qstio est: Vbi facta fuerit lux illa. Et rñdet q vbi vbi sol tā mouet: imo lux illa vicē solis in trib' p'ntis dieb' tenēs motu suo die z noctē faciebat: nec ab aquis impediebat ne luceret/ p' raritate aquaru tūc. Vn nūc qn p olei imissionē aq rarificat qdamō illustrat: quare naute in profundo maris se immergētēs/ mittunt ex ore suo oleū ad cētrū/ seu profundum maris: z sic aq clariores fiūt. Et subdit ibidē: q dies pot accipi diuersimode scz vel pro ipsa luce q in illo triduo tenebras illuminabat: vel pro ipsa illuminatione aeris: vel pro spacio vigin tiq' tuoz horaru. Tertia qstio e: Quare sol fact' est q'ro die/ si lux illa pma die producta sufficebat ad dies faciedu. Et rñdet: q lux illa tm superiores ptes illuminabat/ z tm no ita clare sicut nūc sol: ideo cogruet solē fieri ad lucis clariois diffusionē. Et subdit: q corpus solare formatu e de illa luce: vel inseparabilē habet eā sibi iunctā. Scda ppositio e bec. De' no tpalit' vocis sono/ s' verbo/ sic ab etno dixit oia efficiēdo. Hac mag' probas qrit: qualis de' dixit/ fiat lux. s. an hoc tpalit' sono protulerit: vel ab aliq alio mo. Et rñdes dicit fm Aug. q non

Aug' super Gen. ad lit. seram. li. 1. ca. 15.

Aug' super Genesim

Ps. 103. c. Gen. 1. a. Heb. 1. a. Ps. 32. b.

Hic apit ex q sensu dicitur p' opa ri in filio vt per filium

Responso



corporalis: qz dato q sic: tuc de' fuffet locut' mutabilis/ nec etiã sono vocis corporalif: cū de' carcat in ftris na/ turalib' q' talis fon' babeat caufari. S; in verbo sono fibi coetno dicit fiat lux. i. verbū genuit intepozabiliter in q erat difpofitū ab etno vt fieret lux in tpe: r iã in eo factū est. Tertia p'pofitio e' bec. Quãuis fm fcriptu rã de' opar' fit p' filiū: nō tñ vt miniftrū/ f; p' illū quē ge nuit fibi coequalē omnīū opificē. Hāc p'pofitionē magr probās qrit: quō pater dicit opari p' filiū/ vel in filio fi cut p' miniftrū. Et qz hoc e' erroneū: ideo dat duplicē in tellectū catholicū hui' p'pofitōis. Primus e': qz qñ pa ter dicit opari p' filiū feu etiã p' ipm' fctm/ fignificat in te parabilis opatio p'fonaz cū auctoritate: r exinde proue nit qz pater dicit opari p' filiū/ f; nō ecōtra: qz fili' nō ha beret refpectu patris auctoritatē pncipiū/ ficut pater re/ fpectu filiū. Secundus e': qz pater dicit opari p' filiū: qz filiū genuit opificē. Et tñ in fpeciali.

De ope fecūde diei q factū est fir mamētum. Caplm I a

Distin. XIII et habet. 4. ca. cum corum. De pductioe simpliciū r in/ fensibiliū con/ finentium,

**D**ixit quoqz de us: fiat firmamētū in medio aqz/ r diuidat aqs ab aqf. Di uisitqz aqs q erāt sub firmamē to ab his q erāt sup firmamētū. Sciēdū e' q illi' celi describit hic creatio: sic ait Beda sup Gen. in q fixa sunt sidera: cui fupposite sunt aq in aere r in terra: r fupposite alię: de qb' dicit. Qui regis aqs fupiora ei'. In me dio q firmamētū e' i. fidereū celū qd d' aqf fa ctū esse credi pōt. Crifallynus em lapis cui magna e' firmitas r pfpicuitas de aqs fact' est. Si quē dō mouet: quō aq nature fluide r in ima labiles/ fup celū poffint p'fiftere: de deo fcp'tū eē memierit. Qui ligat aqs in nu bib' fuis. Qui em ifra celū ligat aqs ad tps vaporibus nubiū retentas: pōt etiã fup celi fpherā nō vaporali tenuitate/ f; glaciali foli ditate aqs fufpēdere ne labāf. Quales aut r ad qd p'dite fnt/ ipe nouit q p'didit. Ecce oñsum e' his v'bis: qz celū factū fit. f. illud in q sunt fixa sidera. i. qd excedit aerē: r de qua materia. f. de aqs: r qles fnt aq q fup illud celū fnt. f. vt glacies foliditate.

Ps. 113. a.

Quo aq pnt esse fup celū: et quales fnt il le aque Job. 2. 6. c.

